

cooperatus iniuitate , quin vel minimum da-
cederet aut tuæ , aut ipsius sanctitati . Sed nonne
redemptio & salvatio mea , ut opus est tuæ
sapientiæ , ita pariter tuæ Divinæ misericor-
diæ : ut ubi superabundavit delictum , ibi su-
perabundaret & gratia ? An plus debeo sa-
pientiæ ; quæ remedium invenit ; quam mi-
sericordiæ , quæ illud applicavit ? Ah laudo
& æternum laudabo & sapientiam , & mi-
sericordiam tuam , omne meritum meum in-
finite transcendentem . Cecideram ego , tu
crexisti me ; perieram ego , tu salvasti me ; mor-
tuus eram , & ad vitam revocasti me ; ad
infima quæque abjecisti te , ut me extolleret ;
bonis tuis te spoliasti , ut me ditares . Vere
cogitasti super me cogitationes pacis , & non
afflictionis . Jerem . 29 . Nec secundum pec-
cata mea fecisti mihi , neque secundum ini-
quitates meas retribuisti mihi . Ps . 102 .

CONSIDERATIO X.

De liberalitate DEI.

Hæc elucet . 1. ex Divinorum beneficio-
rum multitudine . 2. magnitudine .
3. gratuita collatione .

P. 1. *E*lucet ex Divinorum beneficiorum mul-
titudine . Facilius guttas maris dinu-
meres .

is purum, putumque nihilum, & (quod minus ac vilius) malorum ac vitiorum omnium coagulum. Si proinde magno in pretio & aestimatione sint munera, quæ Rrincipali favore ac liberalitate subditis obveniunt ; ita ut inter thesauros familiarum ad perpetuam memoriam, ac perenne monumentum Rrincipalis benevolentiae referantur, posteritatique ceu res ingentis valoris transcribantr; quanti aestimes oportet, quæ a Divina manu gratissime dispensantur : maxime si attendas quo affectu, quamque liberali charitate, dona sua impertiatur ? Si enim quod bonum, non alio ex corde profluere possit, quam ex corde bono & benevolo ; tam multa, tamque eximia Dei dona etiam indignis concessa, unde originem trahere possent, nisi a corde malum, imo supra modum benevolo, nostrique amante ? Ut proinde dona tam insignia, tamque perpetua velut artha & pignus sint singularis omnino & eximii Dei in nos amoris. Quem etiam divinissimum amorem ex eo hunculenter ostendit, quod quidquid beneficiorum nobis confert, ea vel maxime, quæ ad ordinem gratiae supernæ pertinent, ad finem sublimissimum dirigat ; sui scilicet æternam, felicissimamque possessionem, omnium bonorum

norum [quorum natura rationis compos capax est] supremum fastigium; ut pote in se completem communicationem omnis felicitatis ac beatitudinis, qua Deus ipse fruitur per omnem æternitatem. Nonne proinde magna imo maxima censeri debent, quæcumque supra naturæ ordinem Divina nobis largitus beneficentia; ut pote quæ supia naturæ nostræ conditionem, ad statum sublimissimum nos elevant; & capaces reddunt bonorum infinitorum, quæ in Deo tanquam omnis boni centio concurrunt? Ah mi Deus, quo præ pudore oculos meos vertam, si ex una parte magnitudinem beneficiorum tuorum, ex altera ingratum animum meum expendam, unumque cum akero conferam! Uti tota vita mea ex tua parte non est nisi catena quædam ingentium beneficiorum, quæ augetur indies, & augebitur, quem diu vixero; ita ex parte mea non nisi catena est malorum ac peccatorum, quæ pariter crescit, & accrescit singulis diebus vita meæ. Tu nihil prætermittis, ut obruendo me novis, novisque beneficiis, meum elicias amorem; & ego nihil prætermitto, quo me indignum reddam tua eximia in me beneficentia ac liberalitate. Amo bona quæ mihi tribuis, fruor illis, iis-

que:

Dei sapientia mirabili artificio illa componens: ipsa Dei providentia, curam omnium suscipiens, illorumque necessitatibus abundantissime prospiciens. Mirabilis saepe in utru Regis servitio, centum & plures occupari famulos; quam admiranda ergo Dei liberalitas unius hominis obsequio & commode non solum infinitas propemodum creaturas, sed & se ipsum, omnesque suas Divinas perfectiones ita devoventis; quasi aliud agendum ipsi non esset, quam unius hominis utilitati necessitatique prospicere? O quanta tua beneficentia ac liberalitas Deus meus, mea contra ingratitudo? Tu operatis omnia propter me, & ego vix quidquam propter te; tu operatis multa & mirabilia, meam indignitatem & vilitatem plurimum excedentia, & ego nihil condignum tuæ majestati: tu te misericordum impendis; & ego me totum impen- do vanitatibus: tu nunquam defatigaris in profundendis tuis in me beneficiis, & ego in tuo servitio constanter deficio. Ah quomodo respondeo tuo amori, tuæ liberalitati? Si vel minimam eorum partem, quæ tuo beneficio mihi obvenerunt, alteri præstissem, quam gratitudinem ab eo non requirerem? Minus ne ergo tibi gratus sim, qui tam profuse:

fuse in me beneficuſ es? Scio equeſdem, quod
par pari reddere nunquam poſſim; at nonne
ſaltem reſpondere pro viribus de beo tantæ li-
beralitati? O Deus hanc mihi ſaltem gratiam
in augmentum beneficiorum tuorum dona,
ut grato animo tua beneficia recolam, & ſi
gratus eſſe non poſſim, prout de beo; ſaltem
ingratus non ſim, tuisque beneficiis non me
reddam indignum. &c.

P. 2. *Magnitudine.* Non ſolum ampla Dei
in te liberalitas ob multitudinem beneficio-
rum, quæ in te congerit, ſed etiam genitioſa
& eximia ob eorum magnitudinem & excel-
lentiam: ſi enim dona quæ nobis confeſuntur,
magnitudinem & aſtimationem ſuam tra-
hant a persona dantis, ab affectu quo dan-
tur, a fine prästanti, ob quem dantur, & ab
interiore ſua dignitate; quomodo non ma-
gna ſint Dei in te beneficia, ea präcipue, quæ
ordinis altioris tunt, & connexiōnem inti-
mam habent cum ſummo bono, ejusque
aeterna poſſeffione? Quod ſi autem personam
dantis attendas; quid ea dignius, quid ex-
cellentius, cum ſit ipſe Deus, in ſe ſuisque
perfectionibus infinitus; cuius magnitudi-
nis Propheta teſte, nec numerus, nec finis?
Cum e contrario tu, qui beneficium accipis,

que me oblecto : sed ad dantem vix unquam respicio , minus me gratum illi præbeo . Quodlibet beneficium tuum , ueste donum Divinum , me obligaret ad gratitudinem contestandam ; nec tam multiplicia , tam innumerata , tam excellentia ac sublimia , ex inhumano ac stupido corde meo eam extorquere possunt . Quam pauca & exigua videlicet debent beneficia juniori Tobiae ab Archangelo Raphaeli collata , si cum suis Divinis numero prope infinitis , dignitate maximis ; diutinuitate perpetuis , conferantur : & tamen ista oculos ejus , animumque ita perstrinxere , ut exclamarit : *Quid dignum poterit esse beneficium ejus ?* Tob . 12 . Facultates omnes , quas ei in acceptis referebat , pares non credens ejus in se meritis . Ere go infelix , beneficium manum tuam per omnem vitam in momenta singula expertus , eam non exoscular , non veneror , non adoro ! O quam metuo , ne haec ipsa me in die magni judicii condemnem , in hique exprobretur illud , quod olim Judæis : *Quid est , quod debui ultra facere , et non feci ?* &c.

P . 3 . *Gratuita collatione .* Si liberalitas magnopere commendat & copia , & magnitudo beneficiorum , quantum pondus illi addet , quantoque maiorem merebitur æstima-

mationem; si & ultra meritum & exspectationem se extendat, & plane gratuita sit? Meritis enim admetiri mercedem, non tam liberalitatis, quam justitiae est: ultra debitum vero reddere, aut nullo praetedente merito, folius liberalitatis. At vero quid tibi debeat Deus, sive ea species, quae ad ordinem naturae, sive illa, quae ad ordinem gratiae pertinent? An obligatus fuit ad condendum hunc mundum, quo non magis indigebat in tempore, quam eodem indiquerit tota eternitate? Posito autem, quod infinitas suas perfectiones voluerit in tempore palam facere; an ad te praetaliis inaumeris in thesauro omnipotentiae suae reconditis, teque multo perfectioribus, et nihilo, (in quo eternum persistent) extrahendum, ulla ratione tenebatur? quid amabo, juris praetaliis habere potuisti, ut illis neglectis, te ex massa illa possibilium extraheret, tibi corpus aptaret, tibi animam infunderet, tibi sensus ac rationem donaret? An unum nihilum praevalet alteri, eoque dignius ac melius est? Decreverit iam Deus pro suo folius arbitrio, & pure gratuito, te praetot aliis condere; quid prohibuit, quominus conderet similem illi. Act. 3 claudum ex utero matris sua: aut cacum a nativitate:

Joan.

Joan. 9. Vel furdum & mutum? Marc. 7. An plus aliquid contribuisti ad integratatem membrorum, organorumque perfectionem, quam illi? Nonne uti pusillum & magnum ipse fessit. Sap. 3. Idque libere omnino, & ex plenitudine potestatis: ita curvum, ut rectum; ita cæcum, ut videntem? An non proinde pars liberalitatis est, quod te Deus illis defectibus naturæ exemerit? Ad quid enim teneretur ille, qui supremus est Dominus nullique naturæ obnoxius & subjectus, & a quo simul unice dependent universa: qui que nulli debet, sed potius omnes implet benedictione. Ut verissime dixerit David. Ps. 103. *Omnia a te expectant, ut des illis escam in tempore dante te, illis colligent, aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate; avertente autem te faciem, turbabuntur; auferres spiritum eorum, & deficiens, & in pulvrem suum revertentur.* Qued si nunc bona naturalia, quæ possides, imo quæ vel ad vitam festeritandam necessaria, plane gratuita sint, in que sola Dei liberalitate fundentur; quanto magis dona superna, ut pote vires omnes creaturarum, quæ sunt, aut esse possunt, infinite excedentia? En materia, ut laudis & gratiarum actionis erga Deum, ita perpetua

per uxori ipsius demissionis ac despicientiae.
 Quid habes, quid potes, quod non acceper-
 fui? Ut es tu, Dei munus est; ut possis, quod
 potes, ejusdem pariter gratia est. Quid ad esse
 aut posse contulisti unquam, quam non esse
 sive nihilam, non posse sive meram impo-
 tentiam: cum non entis sive nihil, nulla aut
 essentia sit, aut potentia? O nihilum! O Aby-
 sus! Quomodo non humiliabo me sub potentia
 manus tua Deus; si hunc fundum meum in-
 spicio; in quo me totum perdo, nihil mei
 in eo inveniens; nihil quoad corpus, nihil
 quoad animam, nihil quoad dona naturae
 aut gratiarum: & in quo in eterna jacerem obli-
 vionis, natus tu aperte super me oculos mis-
 ericordiae, & liberavitatis tue? Nonne ma-
 jor mihi carita, quam in olim Daireli [cum in-
 ter famelicos leones fame & ipse pene con-
 fieret], eique per Prophetam Habacuc
 prandium misisses] cum stupore exclamandi:
Recordatus es mei Deus: Dan. 14. Si
 pro millennio, qui liberalitatem tuam nu-
 quam experientur, & in nihilo suo conseptuli
 manebunt, me utrum producere voluisse,
 nunquid infinite obstrictus tibi fuisssem?
 Quanto igitur amplius, cum non ex mil-
 lenio solus, sed infinitis me elegetis, in
 quo

quo misericordiam & liberalitatem tuam
ostenderes? &c.

CONSIDERATIO XI.

De Fidelitate DEI.

Infinita Dei Fidelitas. 1. Quia infinita
Dei sinceritas, dum promittit. 2.
Infinita potentia ad dandum, quid-
quid promittit. 3. Infinita bonitas,
ut detabundanter, quod promittit.

P. 1. *Quia infinita Dei sinceritas, dum pro-*
mittit. Amplissimus Deus in pro-
missis. Quanta non promisit tum in veteri,
tum novo testamento custodientibus mandata
sua & diligentibus se; se ipsum nempe cum
omnibus & infinitis bonis suis, ipsis libera-
lissime addicendo: sum merces tua magnan-
mis? Gen. 15. Videri posset tam ampla pro-
missio æterni pro momentaneo, cœlestis pro
terreno, increati pro creato, non tam sincera
promissio, quam hyperbole, & exaggeratio
quædam, oratorie non absimilis; eo quod
momentum cum æternitate, terra cum cœlo,
nihilcum cum Deo in comparationem non ve-
niant. At his non abstantibus non minus fidelis
est Deus in dando, quam liberalis in promitten-

do.